Münster, 357 (Hs 220) s. XV. (Böddeken).

Vitae SS. M. gr. St.

– 171v Expos. Decal

Fol. 172 (Beg. e. neuen Lage)r o.a. Hd.: dir. vo. de Vogt – a.R.:

„Dum verbis crebro scriptorem mulsit amicum (inisit)
Et tandem optinuit quod bene concupiit
Hoc ego post lectum michi precipiente magistro
Carmen subsigno tunc simul hec iubilo
Nil melius fateor legi nisi lector amice
Hiis que hucbaldus scripsit et edocuit
Quod dixi potes in vite rescire libello
Liafwini sancti magnanimi que patris
Hunc bene si recitas offendis seria plura
Que retorserit hic grammatica que simul
Et si iudicio calles discernere docte
Sermo evangelicus currit et historicus
Omne etenim spacium sic regula dirigit artis
Ne quem fallat iter aut via decipiat
Et similis ciceronis inest constructio docta
Augustinus et hic ut docet invenies
Dum modo cordatus non invidus atque detractor
Hunc recitans volvat atque legens replicet
Quo circa quisquis legis hec non corde sinistro
Cum studione simul et animo cogita
Hucbaldum deus hunc dona durare per annos
Post mortem carnis iunge dehinc superis
Ut te cum sanctis laudet per secula cunctis
Qui deus unus ades trinus et ipse manes.

+